ADDITIONES.
Ad Quæſt. XI.

a
1 NVnc videamus.] Adde, † quòd imò, nec etiam cõfeſſus poteſt condemnari ſine denunciatione, vel inquiſitione, uel accuſatione, ſecundũ Cæpol. conſil. 36. in fine, vbi dicit, quòd ſi conſuetudo fuiſſet in contrariũ, eſſet valida. Sed vide cõſil. 94. incerti auctoris inter conſil. crim. tomo 1. magnæ impreſſionis, vbi dicit hoc procedere, quãdo ſit confeſſio incidẽter de aliquo delicto, contra eum non intentato, aliàs ſola confeſſio etiam nullo præcedente proceſſu, vel inualido ſufficeret ad condemnandũ, vide etiã quæ addidi infra in q. 55. nu. 7. vbi de confeſſione incidenter facta.

Item adde, quòd Iudex non poteſt inquirere ad
2 priuatorum † cõmoditatem, Innoc. in cap. ad noſtram; de iure, iuran. Sed benè poterit procedere per uiam inquiſitionis cõtra tenentes bona Principis, ſecundũ Luc. de Pen. in l. 1. C. de cond. & procur lib. 11. quem refert, & ſequitur Afflict. in cõſtit. inter multas, num. 7. & per illam cõſtitutioné
3 in Regno Neap. † Procurator fiſcalis poteſt procedere per inquiſitionem contra occupantes bona ad Regium fiſcum ſpectantia. *Baiard.*

b *Itẽ quæro nunquid.*) Adde, quod diſpoſitio teſtis abſque citatione, etiã quòd eſſet facta in tortura, parti non nocet, Felyn. in c. 2. extra de teſtib. & Laurent. de Pin. conſ. 96. nu. 12. *Baiard.*

c *Reo non citato.*] Vel aliquo pro eo, Marſil. in conſilio 18. numero 9. & conſ. 128. num. 11. Farinac. quæſt. 72. volum. 3. cap. 20. nume. 87. per totam. *Roſ.*

d *Defenſores reorum.*) Et generaliter quod citari debeat in ciuilibus d. c. 1 numero 11. & pluribus ſequentibus, vbi plures caſus, in quibus citatio non requiritur, numero 36. vſque ad finẽ quæſt. Item in cap. 2. num. 103. 106. & 108. *Roſ.*

e *Tu tamen dic.*] Cartar. de executio. ſentent. numero fin. cap. 175. Farin. de conſuetudine loquitur, capitulo ſecundo, num. 100. aliàs, numer. 134. & 135. cum ſequentibus. *Roſ.*

f *Ad effectum procedendi ad capturam.*] Adde quid operentur teſtes examinati, parte non citata, infra quæſt. 50. verſ. Item quia, & ibi dixi, q. 28. verſic. Scias autem, quæſtione 45. verſiculo ceterum ad finem: Vide Grammat. deciſione 11. ſub numero 13. Marſil. ſingul. 24. ad finem. Nota tamen aliquando etiã poſt teſtium publicationem fit eorum, repetitio modo, quo per Crauettam conſilio ſeptuageſimoquarto, cum ſequenti. *Drogh.*

g *Sed ſi reus comparet.*] Confrontatio tamen teſtium facit, vt teſtes dicantur recepti citata parte, infra quæſtion. 45. Verſiculo ceterum. *Drogh.*

5 *Sed ſi reus comparet.*] Adde, † quòd ſit ſatis, quòd teſtes Curiæ habeãtur per eum propriè, & rectè examinatis, & repetitis, vt per Capicius deciſione 74. & Foller. in practic. criminal. in ver. detur copia. capit. etiam quòd eſſent mille teſtes, Aret. in conſilio 163. col. 2. & vide quæ poſui infr. ad quæſt. 45. d. verſ. ceterum. *Baiard.*

QVÆST. XI.

NVnc [a] videamus, quomodo procedendum ſit in iudicio inquiſitionis, intelligendo ſemper, quod inquirere ſic ex officio Teſtes, ſeu informationes recipere contra aliquem pro aliquo delicto, vt dixi ſupra, quæſtione ter-
1 *tia in principio. Et in primis quæro, an poſſit procedi per inquiſitionem contra abſentem, an autem contra præſentem tantum. Reſpon. de iure loquẽdo regulariter nõ proceditur via inquiſitionis, niſi contra præſentes: ſi verò reus ſit abſens, modo non per contumaciam ſe abſentem fecerit, non poteſt inquiri: ita notatur per omnes in d. c. qualiter, & quãdo. Sed certè quicquid ſit de iure, hoc de conſuetudine non obſeruatur, ſed ſemper fit inquiſitio de delicto, ſiue inquiſitus ſit præſens, ſiue ſit abſens; & ſiue per contumaciam ſe abſentauerit, ſiue non, vt atteſtatur Marian. in repet. d. cap. qualiter, & quando, numero 92.*

Item [b] quæro, nunquid
2 *priuſquam iudex ſpecialiter inquirat, & ſic aſſumat indicia contra aliquem, debeat ille citari. Reſpond. de iure communi vtique requiritur partis citato: alias teſtes examinati, reo non citato, nullam contra eum fidem facerent, neque ad ſententiam, neque ad torturam. Et hæc eſt communis opinio, vt dicit Blanc. in pract. crimin. fol. 5. numero 33. Anton. Gomeſ. cap. 12. delictorum, poſt numerum 18. Quinimò Ant. de Butr. in d. cap. qualiter & quando, §. debet, poſt numer. 40. dicit, quòd in receptione teſtium in cauſa inquiſitionis ſpecialis debet reus citari, & quòd ita obſeruat communis practica, & illum refert. Aret. in eodem §. debet, num. 89. Sed certè quicquid ſit de iure, contrarium ſeruatur de cõſuetudine, vt atteſtatur ipſemet Blanc. in loco prę allegato ſubdens; quòd proptereà [d] defenſores reorum nõ debent multum inſiſtere ſuper iſta communi ſententia. Hanc etiam dicit eſſe communem practicam omnium curiarum, Foller. in practica triminali canon. fol. 109. numero primo. Dicit etiam Blanc. ibi, num. 6. quòd ſtylus, & conſuetudo eſt in ciuitatibus Lombardiæ, quòd teſtes, ſiue ſuper generali, ſiue ſpeciali inquiſitione, & etiã ſuper accuſatione, eximinantur ſine citatione partis, & allegat Alex. conſ. 65. num. 9. in fin. lib. 1. quod eſt duplicatum in conſi. 41. lib. 7. qui dicit, quòd (vt verbo fertur) ita eſt ſtylus, & conſuetudo in partibus Lombardiæ, quòd teſtes recipiantur ſine citatione partis. Et ita eſſe ſtylum Italiæ, aſſerit Pract. Caſoni, ſol. 103. poſt num. 1 Dicit etiam Berbe. in Viatorio iuris, in rubr. de iud. col. 27. quod vſus, conſuetudo, & ſtylus hanc opinio. approbant. Hunc etiam eſſe receptum vſum, ſtylum, & conſuetudinem atteſtatur Pract. Iodoci, fol. 24. nu. 18. Tu tamen dic, benè verum eſſe, quòd de conſuetudine huius prouinciæ teſtes, qui aſſumuntur ad informationem curiæ, contra reum abſentem, recipiuntur parte nõ citata: ad effectum procedendi ad capturam, ſin citationem contra reum, & ſi ipſe deinde vocatus fuerit contumax, faciunt fidem, etiam quoad hoc, vt ſuper eorum atteſtationibus poſſit contra eum ferri ſententia diffinitiua: & hæc practica fuit optima ratione introducta, nè ſi reus citaretur, ſtatim aufugeret, vel poſſet facilius teſtes examinandos ſubornare.*

[g] Sed ſi reus comparet, tunc atteſtationes talium Teſtium examinatorum abſque citatione partis, nullam fidem faciunt, neque ad condemnationem, neque ad torturam, niſi parte ipſa præſente, aut legitimè citata, ſeu monita deponant, vel prius per eos depoſita repetant, & in eis perſiſtant. Ceterum quando proceſſus fit reo comparente, vel in carceribus exiſtente, ſemper ſeruatur communis opinio, etiam in hac prouincia. Dixi infra quæſtione 45. verſicul. ceterum ſi reus.

3 *Sed quid è conuerſo, nunquid in hac inquiſitione debet citari pars offenſa? Reſpond. de iure fortè dici poſſet, quòd ſic: ſed hoc de conſuetudine non obſeruatur, niſi Florentiæ, vt dicit Angel. in dicto repertorio, l. ſi vacantia, C. de bon. vacan. quem refert Marian. in repet. dicto cap. qualiter, & quando, poſt num. 213. in 71. quæſt. & Ang. de malefic. in verbo, Et ibi caput, num. 2. Tu verò dic, quod*

h *Ad ſubminiſtrandũ indicia.*] Infra q. 57. verſ. ſed hæc quidem, quæſt. 31. verſic. Vlterius quæro, dixi ſupra quæſt. proxima. *Drog.*

aut pars querelauit, et de neceſſitate citanda eſt, aut non querelauit, & tunc quamuis neceſſario citari non debeat, tamen cauti, & iuſti iudices illam ſemper citari faciunt ad [h] ſubminiſtrandum indicia, ſi quæ habet, ad coadiuuandam intentionem fiſci. Et ita ſeruatur in hoc Ducatu, etiã ſi procedatur per inquiſitionem, vt atteſtatur Boſſ. in tit. de ſentent. num. 81. in fin. vide, quæ dixi infra q. 31. verſ. Vlterius quæro.

4 *Quæro etiam, nunquid priuſquã iudex inquirat, debeat reum interrogare ſuper ijs, de quibus intendit contra eũ inquirere, Dixi ſupra q. 6. verſ. Succeſſiuè quæro.*

5 *Vlterius quæro, nunquid ante inquiſitionem danda ſit reo copia indiciorum. Dixi in d. q. 6. verſ. ſed quid ſi reus.*

Cetera autem, quæ pertinent ad formam proceſſus criminalis, ſcilicet quomodo, & a quibus aſſumenda ſint indicia, & quid agendũ ſi poſt ipſas informationes aſſumptas, cum non minus iudicio accuſationis, quã inquiſitionis communia eſſe videantur, paucis in primis de accuſationis iudicio ſpecialiter prӕmiſſis, infra ſuo ordine explicabimus.

QVAEST. XII.

Accuſationis materia explicatur.

SVMMARIA.

Ex Claro.

1 *Accuſatio quid ſit.*
2 Et *an ſit remedium ordinarium.*
3 *Et an ſit actio, vel officium iudicis.*
4 *Inquiſitio an ſit actio, vel officium iudicis.*
5 *Iudex procedens ſuper accuſatione, an dicatur procedere officio iudicis nobili, vel mercenario.*
6 *Accuſationis forma quæ ſit.*
7 *Accuſatio an debeat fieri in ſcrptis.*
8 Et *quæ in ea requirantur.*
9 *Et an ſi omitattur, ſit accuſatio ipſo iure nulla.*
10 *Et quid ſi agatur de crimine ciuiliter.*
11 *Et quid ſi procedatur per uiam exceptionis.*
12 E*t an locus notorius debeat per confines deſignari.*
13 E*t an dies exprimendus ſit in accuſatione.*
14 E*t quid ſi dies expreſſus non probetur.*
15 E*t accuſator teneatur ſe inſcribere ad pęnam talionis.*
16 E*t quæ ſit forma inſcriptionis.*
17 E*t quid de conſuetudine.*
18 *Et quid de iure canonico.*
19 *Et an accuſantes de adulterio teneantur ſe inſcribere ad pænam talionis.*
20 *Et an mulier teneatur ſe inſcribre.*
21 E*t an in accuſatione requiratur concųlſio libri.*

Ex Additionibus.

1 *Accuſatio quid ſit, & quotuplex, remiſſiuè.*
2 *Accuſare an dicatur, qui ſimpliciter libellum accuſationis produxit, remiſſiuè.*
3 *Accuſatio quomodo differat à denunciatione, vel delatione, remiſſiuè.*
4 *Accuſatio falſi non requirit expreſſionem loci, aut temporis.*
5 E*t locus poteſt ſuppleri ex probationibus ſequentibus.*
6 E*t Iudex etiam ex officio ſupplet locum, & alia neceſſaria.*
7 *Et an poſſit ex officio accuſatorem cogere ad exprimendum diem delicti.*
8 *Et an falſa demonſtratio diei, vel menſis, ant loci vitiet probationem criminis.*
9 *Et quaudo tempus ſit de ſubſtantia probationis.*
Accuſatio quando nulla, & incerta redditur, vnica cenſeatur, & qua lingua dari debeat. nu. eod.
10 *Accuſator an teneatur ſe inſcribere ad pœnam talionis, remiſſiuè.*
11 *Sententia valet in criminalibus, licet non ſit conformis libello.*

ADDITIONES,
Ad Quæſt. XII.

H*Actenus de inquiſitione.*] Accuſationis materiam habes apud Decian. de crimin. tomo primo, libro tertio, per totum, vbi cap. 38. cõplet, & lib. 4. capit. 4. 5. 6. & 7. latiſſimè verò apud Farinacium, Volumine primo, quæſt. 12. vſque ad 17. *Roſ.*

Hactenus de inquiſitio-
1 *ne dictum eſt.*] Adde † videdum Decian. in tract. crimin. tomo primo, libr. tertio, capit. 1. vbi latè, quid ſit accuſatio, quotuplex ſit, & quid ſit propriè accuſare; an accuſa-
2 re dicatur, qui ſimpliciter libellũ accuſationis produxit; an potius requiratur perſeuerantia vſque ad finem iudicij; & in capitulo ſequenti habe-
3 tur † quomodo differat accuſatio à denunciatione, & verbum defero à verbo accuſo. *Baard.*

Nam qui prohibetur agere.] Adde Neguſ. tractat de pign. 1. membr. 5. part. ſub n. 36. Iaſ. in §. 1. num. 54. inſtitut. de act. *Drogh.*

c *Sed hodie.*] Adeò ꝙ capitulum qualiter, & quan-

QVÆST. XII.

1 *HActenus, de inquiſitione [a] dictum eſt, Nunc de Accuſatione videamus. Quæro igitur in primis, quid ſit accuſatio. Reſpond. accuſatio eſt delatio alicuius criminis ad vindictam publicam, legitima interueniente ſubſcriptione: ita diffiniunt communiter Doctores, vt dicit Felyn. in rubr. de accuſation. num. 3. quem refert Gigas de crim. læſæ Maieſt. fol. 58. quæſt. 1. num. 4. Et dicit Marian. in d. rubr. de accuſat. num. 1. quòd hanc diffinitionem omnes Doctores ſequuntur. Mihi (vt ſæpiut dixi) diſputatio ſuper diffinitionibus in practica viſa eſt ſemper inutilis: proptereà multa, quæ contra hanc dici poſſent, conſulto omitto.*

2 *Quæro, nunquid accuſatio ſit remedium ordinarium. Dixi ſupra quæſt. 3. verſic. debes autem, & verſic. ſed certè.*

3 *Item quæro, nunquid accuſatio ſit actio, vel ſit officium Iudicis. Vtilitas autem huius quæſtionis, poteſt eſſe maxima, puta, ſi extet ſtatutum, quòd non ſoluens collectas, non admittatur ad agendum, certè ſi eſt actio, non poterit accuſare, ſi vero eſt officium Iudicis, vtique poterit: [b] nam qui prohibetur agere, non prhibetur iudicis officium implorare. Præterea multæ, & magni momenti ſunt differentiæ inter actionem, & officium Iudicis, quas ponit Bartol. in l. 1. numero decimo, ff. de iuriſd. omnium Iudic. In hoc autem articulo magis communis opinio videtur eſſe, quod ſit potius iudicis officium, quàm actio, prout atteſtatur Berous in rubrica de accuſatio. numero ſeptimo in fine, licet ipſe poſt multa teneat, quòd ſit quædam tertia ſpecies. Ego verò ſemper tenui, quòd accuſatio (prout erat de iure introducta) eſſet potius actio, quam officium Iudicis: [c] Sed hodie cum ex generali conſuetudine ſublata ſint ferè om-*

nes ſolemnitates, & formæ accuſationum, propterea que (vt ſupra dixi) cum accuſatione, ſeu querela partis officium iudicis inquirentis ſemper ferè ſimul concurrat, crederem, quòd poſſet ſuſtineri communis opin. Et ideò non putarem ab ea eſſe in practica recedendum, quæ etiam magis fauorabilis eſt, ne delicta impunita remaneant. Benè verum eſt, quòd ſi eſſemus in caſibus, in quibus non poteſt ex officio procedi, fortè verius eſſet diccre, quòd eſſet de ea iudicandum, prout de actione. Hæ tamen difficultates rarò contin
4 gunt in practica. De inquiſitione verò nulli dubium eſt, quin ſit officium iudicis. Et hoc omnes fatentur, vt dicit Berous d. rubr. de accuſat. num. 10 [d] Scias autem in
5 hoc propoſito, quod iudex procedens ſuper accuſatione dicitur procedere officio iudicis nobili, non mercenario. Et hæc eſt communis opi. vt atteſtãtur Scribentes in l. imperium, ff. de iuriſd. omnium iudic. & in ſpecie Caccialup. num. 11. & Gaſpar. Valaſ. num. 40. & Sapia, num. 23. quod de iure poteſt eſſe vtile ad multa licet in facti contingentia nunquam viderim de his tractari.

6 Quæro, quę ſit forma accuſationis, & in primis nun-
7 quid debeat fieri in ſcriptis, Reſpond. Salyc. in l. penult. num. 2. C. de accuſat. tenuit, quòd ſiue accuſator porrigat libellum dictatum iudici in ſcriptis, vel porrigat verbalem querelam apud acta iudicis, & tabelio eam in ſcriptis redigat, iuxtam formam l. libellorum, ff. de accuſat. quòd ſatis eſt ſolemnis accuſatio, ſeruatis tamen alijs ſeruandis. Contrariam autem ſententiam, quod ſcilicet libellus accuſatorius debeat porrigi in ſcriptis, tenet Bar. in extrauag. ad reprimendum, in verbo, Per inquiſitionem, num. 33. Et hanc dicit eſſe veram, & communem opin. Card. Alexan. in d. cap. de accuſatione, col 6. verſic. ponitur etiam, 2. q. 8. Cum enim iudicia criminalia procedant ad inſtar ciuilium, vbi aliter iure cautum non reperitur, & in c. vtlib. debeat libellus offerri in ſcriptis, vt dixi infra libro proximo, idem etiam dicendum videtur de libello accuſatorio, vt ſcilicet in ſcriptis offerre debeat. Sed certè quidquid ſit de iure, in practica ſeruamus opinion. Salyceti, vt ſcilicet ſufficiat verbalis querela, per notarium in ſcriptis redacta, modo in ceteris ſeruentur ſeruanda. Et ita quotidie fieri videmus.

Præterea [e] in libello accu
8 ſationis requiritur dies: & annus, quo porrigitur accuſatio, nomen Accuſatoris, & accuſati; & ſpecies delicti, & locus, & tempus, quo delictum commiſſum fuiſſe dicitur, item inſcriptio accuſatoris, de quibus omnibus eſt tex. in l. libellorum, ff. de accuſatio. Sed certè quòd ad diem, & annum Imperatoris, ſiue Conſulum, quo porrigitur accuſatio (quicquid ſit de iure) multi Doctores, dicunt quòd hodie illud non eſt in vſu, & in ſpecie Salyc. in l. penult. num. 3. C. de accuſatio. quem refert Angel. de malef. in verbo, De anno præſenti, num. 23. Idem dicit Ang. d. l. libellorum, prout illum refert Aug. ad Angel. de malef. in loco præallegato. Apud nos tamen vtique ſeruatur, quòd apponatur dies, & annus porrectæ accuſationis, ſeu querelæ, vt dixi ſupra quæſt. 10. verſ. ſcias autem. [f] Et ſi notarius non faceret apparere in actis, quo dies fuiſſet porrecta querela, poſſet tanquam imperitus, vel ſuſpectus officio priuari: non tamen credo hoc eſſe de ſubſtantia, ita quòd ſi nõ apponatur, vitietur querela.

Dixi [g] exprimendum eſſe locum, & tempus delicti, &
9 cetera, iuxta diſpoſitionem d. l. libellorum: Et ſic accuſatio criminalis ea non contineat, erit ipſo iure nulla, etiam ſi pars non opponat. Et hæc eſt communis opi. vt dicunt Scribentes in l. edita, C. de edendo, & in ſpecie Alex. nu. 13. Dec. num. 34. Claud. num. 22. Ripa num. 26. Curt. iun. nu. 83. Idem atteſtatur Aret. in d. cap. qualiter & quando, §. debet, num. 115. prout illum refert Villalob. in lib communium opin. in littera A, in verb. Accuſatio, ſicut & inquiſitio. ibi tamen Aret. loquitur in inquiſitione, non autem in accuſatione, vt ego fideliter retuli infra quæſt. 31. verſic. quòd de anno, Soc. conſ. 109. poſt num. 2. lib. 3. C[illegible] meſ. Inſtit. de actio. in princ. num. 45. Bellon. conſil. 63. nu. 2. Niſi enim exprimeretur locus, & tempus commiſſi criminis, procul dubio incerta redderetur accuſatio, ita ut nõ poſſet reus, probando negatiuam coarctatam, ſe aliquo modo defendere, neque (ſi opus eſſet) teſtes, qui contra eũdẽ ponerent, de falſo [h] conuincere.

Adde, [i] quod hæc concluſio procedit non modo quando
10 agitur de crimine criminaliter, ſed etiam quando agitur de crimine ipſo ciuiliter, adhuc enim debet exprimi locus.

quãdo, & lex libellorum de accuſat. receſſerũt ab aula, infr. q. 15. uerſ. pen. ad fin. q. 16. uerſ. quæro nunquid ad fin. Drog.

d Scias autem in hoc propoſito.) Vide Neguſ. aliter diſtinguentẽ d. tractat. de pigno. 4. membr. 2. part. nu. 51. Drog.

e Præterea in libello.) Idem infra uerſ. homicidium. Roſſ.

f Et ſi notarius.) Dies ergo prætermiſſus in querela, an uitiet querelam, uide Iaſ. in §. ex maleficijs, nu. 56. cum ſeq. inſtit. de act. locus autem, & tẽpus ſunt de ſubſtãtia, modo, quo infra, q. 31. uerſ. quod de anno, & eſt ratio appoſitionis diei, ut ſciatur, an factum propoſitum ſit illudmet; & licet appoſitio diei non ſit neceſſaria in inquiſitione, uel accuſatione, appoſita tamẽ debet liquidari Aym. Crau. de antiquit. temp. part. 4. uerſ. Materia ſingularitatis, in princip. confert conſtitutio Mediolani, ſub rubric. de proba. §. & quia plerique, quam latè interpretatur Plot. inter conſ. crim. diuerſ. conſ. 109. cum ſeqq. quæ quidem conſtitutio, licèt poſita ſit in ciuilibus tamen procedit etiam in criminalibus, ut ibi, argumento eorum, quæ dixit Boſſ. titul. de accuſat. ſub num. 4. infr. q. 25. uerſic. torquentur etiam. Item Boſſ. ſub titul. quomodo procedatur per act. in delict. ſub nu. 35. & tit. de confeſſ. nu. 44. Drog.

g Dixi exprimendum) Addas Monticell. in ſua praxi crimin. in uerb. inquiſitio, uerſ. tertio inquiritur, qui limitat nõ procedere in crimine læſæ Maieſtat. & blaſphemiæ, uide etiam Boſſ. in tit. de inquiſition. Roſſ.

Dixi exprimendum eſſe locum, & tempus.) Ad
4 de, quod in crimine falſi, non requiritur locus, nec tempus. Gloſſ. inſtit. de publ. iudic. in principio, Marſ. in rubr. de falſ. numer. 16. Afflict. in cõſtit. Reg. in falſar. num 9.
5 Item adde, † quod locus poteſt ſuppleri ex probationibus ſequentib. Petrus de Ancharan in clementina conſtitutio, de electiõ. Roman. in leg. non ſolùm, § ſed ut probari, ff. de nou. oper. nunciatiõ n. Imol. in capitulo cum dilectus, de ordin. cognit.

Item aede, quòd Iudex ex officio poteſt ſupplere locum, & alia ne-
6 ceſſaria, nè iudicium reddatur eluſorium, Abbas in capitulo cauſam, de iudicibus, & Didacus in capitulo dilecti, de iudici. Ferran. Gargia, Conſil. Criminal. Tomo primo, ¶ in folio. Accuſatus poteſt petere locum ſibi ad oculum demonſtrari, Plotus in l. ſi quando, numero octocenteſimo uigeſimoquarto, Cod. unde ui. Baiard.

h Conuincere.) Vide Vulpell. conſil. 1. numero 1. Roſſ.

i Adde quod.) Manſue. plura tradit ad Pract. Papienſ. in forma libelli in actione reali, uerbo, ſe tamen non aſtringens. Roſſ.

Eſt

Et eſt

11 Et eſt communis opin. vt dicit Marian. in d. c. qualiter, & quando, numero 220. in fine. Et ideò etiam quando proceditur per viã exceptionis, neceſſarium eſt exprimere in ipſa exceptione locum, & tempus commiſſi delicti, iuxta formam dictæ legis libellorum. Et eſt communis opinio, vt dicit Socin. in l. 1. poſt n. 4. verſ. Quarto infertur, ff. de except. Boer. deciſ. 321. numer. 2. vbi refert ita fuiſſe per illam curiam bis iudicatum. Et hæc quidẽ abſque difficultate procedunt, quando actor proponit actionem ciuilem, ex qua tamen condemnatio infamat: nam eo caſu proculdubio neceſſaria eſt ſolemnitas dict. l. libellorum, & ſic quod exprimatur in libello locus, & tempus: aliàs ſecus. Et hæc eſt communis opin. vt atteſtatur Alex. in l 1. in princ. nu. 30. ff. de edendo, & in d. l. edita, num. 13. Soc. in d. conſil. 109. num. 1. & ſeq. lib. 3. Maranta in ſuo Spec. fol. 24. num. 30. Aug. ad Angel. de malefic. in verbo. Et ad querelam, num. 55. Licèt ſubdat, quòd hæc opin. non obſeruatur in Curia Romana: eſt tamen tenenda, & obſeruanda in practica: vbi enim agitur actione famoſa, licet ciuiliter procedatur: Dicitur tamen cauſa grauis, & æquiparatur criminali, ex quo apud honeſtos, & probos viros, fama, & vita æquiparantur. Quam tamen intellige, vt procedat, ſi opponatur apertè: nam eo caſu neceſſe eſt exprimi locum, & tempus: ſed parte non opponente, quando ciuiliter agitur, procedit libellus, etiã ſi ea non exprimatur. Et hãc opinionem dicit eſſe magis cõmunem Socin. in dicto conſilio 109. numer. 4. vbi in facti contingentia ita conſuluit: quod nota: quia eſt pulcherrima limitatio.

Eſt [k] autem exprimendus locus in libello accuſationis, illum deſignando per cohærentias, vt videre potes apud Angel. de malef. in verbo, In platea communi, quod quidem optimè procedit in delictis, quæ cõmittuntur aliquid faciendo, [l] ſed ſi committantur non faciendo, puta quia accuſetur ſyndicus, qui non denunciauit maleficium, eo caſu, cum delictum non habeat locum determinatum, quo circumſcribatur, non credo locum habere hanc concluſionem, niſi quis fortè vellet apponere locũ palatij, in quo ſolent ſyndici deferre denuncias, tãquam ibi commiſſa fuerit negligentia, prout ſeruari Florentiæ atteſtatur Bald. in l. cauſis, nu. 3. C. de accuſ. quod eſt iudicio meo ridiculum.

12 Sed pone, quod ſit aliquis locus publicè notorius, prout eſt platea cõmunis, vel Palatium Poteſtatis, nunquid adhuc erit deſignandus per confines? Reſp. quod ſic: ita dixit Gand. de malefic. in rubr. qualiter fiat accuſatio, numer. 3. prout illum refert Ang. in l. hac conſultiſſima, num. 2. C. qui teſtam. facere poſſ. ſubdens, quod ita ſeruat conſuetudo; quem etiam refert Aug. poſt Angel. de malef. in verb. In platea communi, poſt num. 11. Sed certè Gand. in libro meo hoc non dicit. Benè affirmat poſſe ſuſtineri libellum accuſationis, in quo tantum dicitur maleficium commiſſum fuiſſe ante domum dicti Petri, quod accuſator poterit illũ declarare: ſubdens ita conſultum fuiſſe Bononiæ per plures legum Doctores, non tamen loquitur Gand. quando locus eſt adeò notorius, vt declaratione non egeat. Ideò dic verum eſſe, vt dicit Angel. in d. l. hac conſultiſ. quod de conſuetudine, (vt plurimũ) ſolent opponi cohærentiæ, etiãſi locus ſit notorius, [m] ſed tamen etiamſi non apponatur; procedunt querelæ, & accuſationes, & etiam inquiſitiones, modo locus ſit certus. Et hanc opi. dicit eſſe veram, & magis communem Menchiaca lib. 1. de teſtam. in 1. par. §. 4. nu. 33. neque ego vnquam vidi propter hoc annullari aliquem proceſſum, neque dicerem eſſe annullandum.

Dixi [n] etiam, quod eſt exprimendum tempus delicti, ſci-
13 licet annus, & menſis, vt in d. l. libellorũ. Sed pone, quod accuſatus compareat, & petat exprimi per accuſatorem diem certam delicti, quia fortè intendit ipſe ad ſui defenſionem probare, quòd eo die erat in alio loco remoto a loco delicti, nunquid eo caſu debet iudex cogere accuſatorem ad [o] ipſam diem exprimendam? Reſpon. Bart. in l. is, qui reus, nu. 10. de publ. iud. & in l. arbitraria, §. ſi quis Epheſi, num. 6. ff. de eo, quod certo loco, & in d. l. libellorũ in princ. num. 13. tenuit, quod ſic. Et dicit Corſet. in repert. Abb. in verb. Accuſ. quòd illum ſequũtur cõmuniter DD. Ita etiam communiter teneri atteſtatur Iaſ. in d. §. ſi quis Epheſi, poſt num. 1. quem refert Simancas de hæret. c. 4. num. 4. Boſſ. in tit. de inquiſitione, nu. 92. Pract. Conradi, fol. 224. poſt nu. 3. Plot. inter conſ. crim. diuerſorum conſ. 109. poſt num. 4. lib. 1. Apoſtil. ad Vitali. de malef. in rub. quid ſit accuſatio: ſub nu. 12. in verbo, Sed anni, Viuius in lib. communium opi. in verbo, Accuſator vel fiſcus: Et hoc dicit ſe aliquando obtinuiſſe coram magis peritis, exiſtentibus Bergomi ad officium maleficiorum: Alber. in d. l. libellorum in princ. num. 5. ff. de accuſat. Alias enim tolleretur reo magna pars defenſionis ſuæ, ſcilicet facultas probandi negatiuam, quod eſſet inconueniens, quicquid dixerit Signor. qui in contrarium conſuluit, conſil. 244. vbi, num. 22. dicit, quòd hoc dictum Bart. eſt falſum, & quod ſuæ opi. videntur multum ſingulares, & phantaſticæ, & deuiantes a communibus opinionibus noſtrorum maiorum. Intellige tamen, quòd tenetur accuſator reo id petente, [p] exprimere diem, non autem illum probare. Et hoc omnes fatentur, vt dicit Bertran. conſ. 16. num. 2. lib. 6. Quod tamen intellige iuxta ea, quæ ſtatim dicam infra in verſic. ſed qui ſi accuſator. Et ſubdit ibi Bertran. quod ſufficit, ſi diem exprimat accuſator tempore, quo datur reo terminus ſuarum defenſionum, eſt enim ei ſatisfactum, ex quo poteſt deinde probare negatiuam, in ſuis defenſionibus: quod eſt notandum. Scias etiam, quòd quamuis iudex poſſit cogere accuſatorem ad exprimendum diem, poteſt nihilominus

k Eſt autẽ exprimendus locus.) De loco, Angel. in uerb. Hęc eſt quędam inquiſitio. n. 92. ubi n. 94. allegat Bald. in c. 1. nu. 20. quibus mod. feud. amitt. ubi uidetur dare limitationem, & Foller. in Pract. in uerb. audiantur exceptiones, nu. 9. & 12. ubi dicit hic non ſeruari in Regno. Iterũ Ang. in uerbo, De anno pręſenti nu. 1. Arimin & Laudẽſ. ſub num. 65. Iterũ quoq. idem Ang. in uerb. in platea cõmuni, ubi Apoſtill. & per Bonacoſſ. in ſuis com. par. 1. uerb. libellus, in crim. & in uerb. Locus delicti, par. 2. Roſſ.

l Sed ſi committantur non faciendo.) Adde infra quęſ. 90. uerſ. primo, Dec in l. abſẽtia eius, nu. 2. de reg. iur. Drogh.

m Sed tamen etiam.) Aliter autem dici ſolet, quod demonſtratio rei, quæ de per ſe patet, eſt fruſtratoria, Neguſ. d. tracta. de pig. 3. mem. 2. par. num. 18. Drogh.

n Dixi etiam, quod eſt exprimendum tempus.) Adde, quòd iudex ex officio cogere non poteſt accuſatorem ad exprimẽdum diem delicti, ſed benè ad requiſitionem partis poterit, Octauian Veſtri in ſua pract. in tit. de reſponſion. rei ad poſitiones actoris, col. 2. quẽ refert, & ſequitur Viu opi. 24. numero 3. uolum. 1. Baiard.

o Ad ipſam diem exprimendam.) Quid de horis uiden. erit Pap. in dicto uerb. Inquiſitio §. anno, Ang. in d. uerb. De anno præſenti, uerſic. tertio quæro, num. 5. Gand. in uerbo, Qualiter fiat accuſatio. num. 3. Bart in d. l. is, qui reus, ff. de pub. iudic. & in l. libellorum, ff. de accuſ. Roſſ.

p Exprimere diem.) Foller. in pract. in uerbo, audiantur excuſationes, numero 44. Plot. in conſilio 110. inter conſil. crimin. Roſſ.

accuſator